



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXXVI. Das Kloster Arendsee verkauft an Johann von Lughe Hebungen  
aus Vielbaum für eine Conventualin auf Lebenszeit und zu seiner  
Gedächtnißstiftung, am 15. Juli 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LXXXVI. Das Kloster Arendsee verkauft an Johann von Lughe Hebungen aus Bielbaum für eine Conventualin auf Lebenszeit und zu seiner Gedächtnißstiftung, am 15. Juli 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sancte marie virginis in Arneffe ad noticiam tam presencium quam futurorum deducimus per presentes, Quod pro octo marcis argenti Brandenburgensis nobis solutis et in communem vtilitatem nostram conuersis vnanimi consensu vendidimus ac dimisimus vnum talentum brandenburgensium denariorum perpetui pactus in propria curia nostra in vilebom, Quod margareta de lughe nostra conclaustialis ad vite sue tempora prebende sue recipiet ad augmentum, et hoc sibi in manus suas colonus seu villicus dicte curie singulis Annis in festo beati Martini personaliter presentabit. Post mortem vero dicte Margarete prefatum talentum per dicte curie villicum vel colonum Annis singulis tempore seu festo predicto in manus presentabitur priorisse et distribuetur personis singulis intra claustrum. Anniuersarius quoque parentum dicte margarete, Johannis videlicet de lughe ac Wendelen vxoris ipsius, de quorum elemosinis prefatum talentum caritatiue, vt predictur, distribuendum extitit comparatum, vigiliis, missis, commendacionibus ac aliis peractionibus in conuentu nostro consuetis pro animarum suarum remediis perpetuis temporibus peragetur. Vt Autem premissa a nobis et posteris nostris inuolabiliter obseruentur, presentem litteram super hiis confectam sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri. Testes eciam huius rei sunt Difereti viri domini Gherardus de Wynteruelde, perpetuus in ecclesia nostra vicarius, Henricus in Crughen, nofter perpetuus capellanus, Ac henricus dictus mowe neeon Johannes in Malstorpe plebanus, nostre curie capellani, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo, in festo diuisionis apostolorum.

LXXXVII. Rudolph, Dechant zu Boytzer, stiftet bei dem Kloster Arendsee seine Gedächtnißfeier mit Hebungen aus Thielber, am 24. August 1350.

Ego Rudolfus, decanus ecclesie sancti Nycolai in boyftar, recognosco litteras per presentes, Quod ob remedium et salutem animarum mee et parentum meorum vnum mansum in villa thilebe adiacentem Curie, in qua nunc byndeman moratur, a Johanne dicto apud fontem, ciue quondam in soltwedele, de meo proprio comparauit et cum omni Jure, sicut ipse Johannes dictum mansum habuit in Pheodo a strennuo et honesto famulo Gotzekino de Byderwitz, resignato tamen dicto pheodo in manus Gozekini predicti, eundem mansum ecclesie et Conuentui Sanctimonialium in arneffe elemosinarum nomine sum Largitus, Ita tamen, quod eiusdem mansi Pactum ego ad vite mee tempora percipiam. Post mortem vero meam Heylewigis mater mea dimidietatem pactus, et conuentus predictus dimidietatem percipiet. Postquam autem ego et Mater mea predicta de huius seculi medio sumus sublata, Conuentus totum pactum percipiet, et Idem [sic!] pactus in manus presentabitur priorisse. Et Priorissa preposito duos solidos et tribus